



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

P.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](#)

ODIVM PROXIMI PVNITVR.

S Aulem Spiritus malus ob odium proximi 1. Reg. 16.  
& inuidiam inuasit. De odio & vindictę v. 14.  
cupiditate 4. exempla suppeditat Lisiardus Alex. ab A.  
Epicopus in vita S. Arnulphi c. 24. & 38. & 41. lex c. 19. li.  
4. Gē. dīc.  
& 42. apud Sur. mense Aug.

POENAE PARENTVM MALE E-  
ducantium suam prolem.

SEVERI Imp. filius Antoninus si quando  
in pueritia feris obiectos damnatos vidit, ad Scapul. 1.  
fleuit, aut oculos auertit. Septennis puer cum c. 4:  
collusorem suum puerum ob iudaicam reli-  
gionem gratius verberatum audislet, neque  
patrem suum, neq; patrem pueri, vel auctores  
verberū diu respexit. Hæc Spartanus qui per  
judaicā religionem significauit Christianam  
fidem, vt patet ex Tertulliano. Accidisse e-  
nim existimo, ait Baronius anno Chr. 213. vt  
cum Antoninus lacte Christiano educaretur,  
collusorem æque habuerit Christianum pue-  
rulum, eundemq; collactaneum atque Euodi  
educatoris filium, quem tamen, quod Chri-  
stianam religionem inter iocos (vt pueri so-  
lent) Antonino vt acciperet suaderet, Seue-  
rus & pater pueri Euodius, ipse educator, a-  
criter verberari iuslerunt. Sed ob indignum  
facinus æqua lance est pensata vindicta, nimi- Paternis  
rū, vt Pater eum virum jam factū senserit cō- monitis  
tumacem, quem puerulum à pijs sanctisque cum è pue- ro exce-

X vitæ

dentem a. vitæ optimæ institutis collusoris verberos  
nimo clas distraxisset diuulsissetque, & pueripaterne  
tiorum ritas poenas de verberibus inflictis pueris  
vultuque dederit, dum ab eodem Antonino iussus  
trucem reditum esse occidi teste Dione.

tradunt.

Diutius morte patris exspectata ac pro  
ribus intentata sero nimis (vt ipsi videbatur)  
voti compos factus erat, ea audita natus  
tim summam imperij potestatem, confit  
(inquit Herodianus) vniuersos ab ipso  
(quod ajunt) interficere cœpit: nam & me  
cos suppicio affecit quod sibi parum ob  
perauerant jabente senis maturare necen  
tritosque suos iuxta ac fratribus quod de  
conciliandis eis egissent, fratrem Getam  
no Christi 214. in sinu matris iussit omnes  
etiam qui Getæ studuerant ince  
mit, teste Dione, ipse vero Antoninus  
no Christi 219. à suis pugione consolus  
cidebat,

**2.**  
**Epist. 7.**

S. Hieronymus epist. ad Lætam de initia  
tione filiæ Paulæ quam Paula auia virginis  
destinarat. ipse habitus, ait, & vestitus do  
at eam cui promissa sit. Cauē ne aureo  
perfores, ne cerussa & purpurissio confecta  
Christo ora depingas, nec collum auro  
margaritis premas, nec caput gemmis or  
res, nec capillum irruves, & ei aliquid de  
hennæ ignibus auspiceris, habeat alias me  
garitas quibus postea venditis emptura  
pretiosissimum margaritum.

**Matth. 13.**

Prætextata nobilissima quondam scemina, Prætextata  
 iubente viro Hymettio, qui patruus Eusto- amita Eu.  
 chij virginis fuit, habitum eius cultumque stochij vir-  
 mutauit & neglectum crinem mundano mo- ginis eam à  
 re texuit (al. pexuit) sibi vincere cupiens & proposito  
 virginis propositum & matris desiderium, ab ripere  
 & ecce tibi eadem nocte cernit in somnis conabatur.  
 venisse ad se angelum terribili voce minitan-  
 tem pœnas & hæc verba frangentem : tune  
 ausa es viri imperium præferre Christo ? tu  
 caput Virginis Dei tuis sacrilegis attrectare  
 manibus ? quæ iam nunc arescent, ut sentias  
 excrucia quid feceris , & finito mense  
 quinto ad inferna duceris , sin autem perse-  
 ueraueris in scelere , & marito simul orba-  
 beris, & filijs. omnia per ordinem expleta  
 sunt , & seram miseræ pœnitentiam velox  
 significauit interitus. Sic vlciscitur CURI-  
 STVS violatores templi sui, sic gemmas &  
 pretiosissima ornamenta defendit. Et hoc  
 retuli, non quod insultare velim calamita-  
 tibus infelictum, sed vt moneam cum quanto  
 metu & cautione seruare debeas quod Deo  
 spopondisti. Heli sacerdos offendit Deum ob 1. Reg. 2.  
 virtutis liberorum , &c. Hæc sanctus Hierony-  
 mus.

Sacra refert historia, cum Heli sacerdo- 3.  
 te summo & populi Israëlitici moderatore P. Ioh. Bo-  
 nifacius in grauiter expostulasse D E V M , quod filios institut.  
 negligenter educasset, eoque res dilapsa est Christiani  
 vt filij , in ultionem paternæ socordiæ, pueri. 1. Reg. 3. 4.

X 3 Do-

Heli cum  
male mo-  
zatis libe-  
ris misera-  
bili fine  
penit.

Domini Dei arcam , quam hostibus adue-  
quos dimicabant terrori esse voluerant, cu-  
dedgeore perderent , ipsi in bello peric-  
confectus senio parens funestæ clavis nu-  
percussus illis ad terram cœruice morere-  
qua omnia Samuel honestissime educatus  
uelante Deo, futura prædictis,

4.  
3. Reg. 12.

Quam infelicer cum Roboamo Salo-  
nis filio sit actum, quem in delicijs ac volu-  
tibus una cum lasciuorum adolescentium  
terua educatum fuisse scimus, floren-  
regni declarat imminutio, qua factum est  
qui duodecim tribubus imperare posuit  
modo senum utilissimum consilium non fu-  
uisset, quo salutariter monebatur ut cum  
pulo ac seditiones mouente turba mitiuer-  
ret vix etiam Iudeæ prolem fidelem stabili-  
que sentiret, ex quo temeritati iuuentum  
bus cum nutritus fuerat in delicijs, locum  
dit, qui nequaquam de seueritate ac pa-  
metu Roboamo remittendum esse ca-  
runt.

5.  
Boeth. de  
disciplina  
schol. 1. 2.  
simile  
habet.

Legimus de pueri qui primum leui-  
dam delicta committebat, patre ad on-  
conniuite, deinde cum audacia indesem-  
punitate cresceret, adulter, latro, sicariu-  
effectus est, quæ illum flagitia in carcere-  
in vincula detruserunt. Ergo damnatus ca-  
tis ad supplicium dticebatur, cumq; sup-  
dio interitus esset, antequam funis col-  
astringeret, patrem ad se vocari petiuit, ne

Nō est dis-  
simile qd e  
matre dis-  
solutè nis

quam pietatis officio in extremo vitæ pauca mis filium  
quædam cum ipso esset locuturus, parenti iam educante  
adimoto proprius nares furibundo præscidit scribit c. 9.  
morsu, simul incusans grauem eius desidiam de liberalis  
à quo in infantia correctus non fuisset, cum tate.  
primum aliena suffurari inciperet.

Venceslaus Boemæ princeps, quem Lud-  
milla religiosa mulier educavit à puerō, san-  
ctissimus euahit atq; optimus. Boleslaus autem  
ijsdem ortus parentibus, quod à Drahomira  
impia sceleratissimaq; scemina educatus esset, nerandos  
impius, immanis, crudelis & importunus ex-  
titit eoq; peruenit quoad progredi feri homi-  
nis amentia potuit. Nam Drahomiræ suæ al-  
tricis vestigij ingressus, quæ & Ludmillam  
socrum & multos Christi sacerdotes occide-  
rat, Venceslaum fratrem interemit, humana-  
que & diuina iura violauit. Nutricis magi-  
stræq; Drahomiræ nefaria institutio impuni-  
ta non fuit. Cum enim per eum locum vbi sa-  
cerdotum corpora inseulta iacebant curru-  
vecta transiret, subito terra discedens Drahomiram ex numero viuorum exturbauit cur-  
rumq; & vectores reliquos depressoq; de-  
merlit, uno incolumi auriga, qui tintinnabu-  
li signo admonitus ad aram non longe posi-  
tam (fremento Drahomira, rhedarijque reli-  
gionem & pietatem execrante) ex equo desi-  
liens Christi sacrosanctum corpus veneratu-  
rus accurrerat, quod sacerdos rem diuinam tus, in q. o.  
celebrans offerebat. Nec sacrilegi & parrici-  
ratus in-

## 6.

Quantus  
vires habe.  
at educa-  
tio ad inge-  
nerandos  
mores-  
in SS. mar-  
tyrum nu-  
merum re-  
latus.  
vide in lo-  
co de ho-  
micidis  
exemp. 17.  
D. Ioannes  
Dubraui-  
us Olomu-  
censis n. pif.  
ii. 4. & 5.  
hisi Boë-  
micæ.

Venceslaus  
in templo  
est rucida-  
ratus in

et auerat  
media no-  
tis parte  
decursa,  
q; ipsi erat  
solemne.

dæ Boleslai dementia non est punita & vindica-  
ta diuinitus. Nam templi paries, quem Ves-  
ceslai cruore frater insanus & præcepsum am-  
bia resperserat detergi abluiq; non potuit, i  
nefariæ cædis testis esset æternus.

*IMPII IN PARENTES AC PRÆ-  
CEPTORES PUNIUNTUR.*

A&t. i.

q. 94, super  
nouū test.

Occum. in  
cap. i. act.  
Euth. in  
t. 26. Matt.  
Cedr. in  
comp.

**I**UDAS proditor ac traditor sui magistri Christi tanto crimine in desperationem. Etus abiens laqueo se suspendit, sicq; suspen-  
sus crepuit medius & diffusa sunt omnia vi-  
ra eius. S. Aug. de miserando interitu Iude-  
gens eum non statim ac retulit 30. dena-  
sibi manus intulisse, sed post mortem fabu-  
toris testatur. Græci ex Papia, vt aiunt, huius  
modi narrant historiam: Iudas suspensus  
iectus est priusquam suffocaretur. hoc au-  
planius scripsit Papias Ioannis Apostoli dis-  
pulus; dicens: ad magnum impietas ex-  
plum in hoc mundo permanxit Iudas: inno-  
tum enim corpore inflatus vt progrederetur  
posset, cum currus leui cursu pertransire  
currus compressus est, ita vt effunderent  
eius intestina, imo nec solus capititis tumore  
quidem & palpebras oculorum eius ador-  
tumusse ferunt, vt lumen omnino vide-  
non posset, oculi vero eius neque medicis  
strumenti adminiculo aperiri possent, in  
ta profunditate ab exteriori aspectu en-  
separati: porro sanies ac vermes contumel-

sec



se confluentes ex toto ipsius corpore ferebantur, egredientes per sola loca secretiora. Post vero multa tormenta & iustas vltiones, cum in suo prædio, ut aiunt, mortuus esset, præfectorē illud desertum permanxit, & inhabitatum usque ad hodiernum diem. Sed neque ad hoc usque tempus locum illum quisquam præterire potest nisi obturatis manubribus.

Hæc necō  
tradicant  
Euangelis  
stis indis  
gent decla  
ratione.

S. Aug. lib. vlt. de ciu. Dei ca. 8. refert quod Cæsareæ Cappadociæ mulier quædam viuda à decem suis filijs iniuria affecta, vt se vlcisceretur eosdem diris deuouit. Nec irritum fuit hoc votum maternum: nam ex illo tempore membra corum inusitato tremore concuti cœpere. Hi suorum ciuium conspectum in tam sceda specie reueriti, aliis alio dilapsi, per orbem vagabantur, ac duos ex illis Hipponem delatos & supplicia sua non tam lingua quam ipsarerum euidentia euulgantes, eosdemque paulo post sanitat ad memoriam S. Stephani martyris astititos D. August. vidit. Bredenb. lib. 4. Sacr. collat. c. 13. citat ex parte sermonum S. Augustini anno 1564. Louanij editorum libellum horum fratrum quem S. Augustino obtulerunt ut eum populo prælegeret, is sic incipit: Cum adhuc in patria nostra Cæsarea Cappadociæ moraremur, frater noster natu maior graibus atq; intolerabidis communem matrem afficit iniurijs, in tantum ut ei etiam manus

2.  
vi. in loco  
de maledic  
etione ex  
empl. 3.

à filijs mul  
tum metu  
enda est pa  
tentum  
execratio  
et si ea ex  
impatien  
tia effun  
datur.

non dubitauit inferre. Quod nos omnes fin  
pariter congregati patienter tulimus, ut  
verbum quidem fratri nostro pro matre os-  
tra, cur hoc faceret, dixerimus. Illa autem  
fœminei doloris stimulis incitata, iniun-  
sum filium maledicendo punire conser-  
Cumq; ad sacri baptismatis fontem postgu-  
lorum cantus memorato filio suo iram de-  
imprecatura properaret, tunc ei neicio quod  
in patrui nostri similitudine, vt intelligi  
dæmon, occurrit, & ab ea prior quo perge-  
requisiuit. Cui illa ad maledicendum filio  
quod intolerabilem contumeliam seire respon-  
dit. Tunc autem ille inimicus, quoniā in me-  
lieris corde insaniente locum facile inueni-  
potuit, vt omnibus malediceret, perfusas illas  
autem vipereis inflammata consilijs sacra  
fontem prouoluta corripuit, & sparlis cri-  
bus nudatisque vberibus hoc à Deo potissimum  
postulauit vt extorres patria & circum-  
eentes alienas terras omne hominum gen-

**Plato 2. de**  
**leg. multis**  
**exemplis**  
**parentum**  
**execratio-**  
**nes perti-**  
**mescendas**  
**esse pro-**  
**bat.**

nostro terroreremus exemplo. Mox Materni  
preces efficax vindicta prosequitur, eundem  
que continuo fratrem nostrum etate culpe-  
maiores tremor membrorum tantus in-  
fit, quantum in me vsq; ante hoc triduum vo-  
stra sanctitas vidit. Seruato autem ordine qua-  
nati eramus intra vnum annum eadem no-  
pcena omnes corripuit. Videns autem ma-  
aledictiones suas ad tantam efficaciam per-  
uenisse impietatis suæ conscientiam & oppre-  
bren-

N.B.

IMPIORVM IN PARENTES. 329

hrium hominum diutius ferre nō potuit, sed  
laqueo guttus astringens, luctuosam vitam <sup>yi.</sup> Alexan-  
termino funestiore conclusit. Egressi ergo Neapol. li.  
nos omnes opprobrium nostrum nō ferentes + dier. gen.  
& communem patriam relinquentes passim <sup>cap. 10.</sup>  
sumus per diuersa dispersti, &c.

De Nerone postquam matrem occidisset 3.  
hēc habet Suetonius : Sæpe confessus agitari Cap. 34.  
sematerna specie, verberibus furiarum, actæ- Nullerant  
dis ardentibus. Quin & factō per magos sacro apud gen-  
euocare manes & exorare tentauit, peregrinatio- tiles parro-  
natione Græciæ Eleufinijs sacris, quorum ini- cidijs expia-  
tiatione impij & scelerati voce præconis sub- tiones.  
mouerentur, interesse non est ausus, mortem  
eius vide in loco de crudelit.

Nostra etate, ait S. Bernardinus in Hispania citerioris oppido cui cognomen Sui, non Tom. 2.  
ita procul Valentia, adolescēs fuit qui per pa- dom. 2.  
tentum inobedientiam eo deuenerat ut anno quadr. seq.  
18. propter latrocinia & publica facinora in 17. att. 3.  
vincula coniectus & suspendio damnatus sit,  
Erat etiamnum prorsus imberbis, pendenti ca. II.  
vero iam atq; exanimi subito prorumpit barba, moxq; spectante populo, tum illa iam pro-  
funda, tum comæ capitidis plane canescunt, ut  
etatem referret hominis nonagenarij. Miraculo rei accitus cum populo & toto ciero ac-  
currit Episcopus, omnes in genua prostrati  
expectant, dum ostendat Deus quid sibi mó-  
strum hoc velit. Atq; ecce tibi Episcopus edi-  
tiorem capiens tumulum ad omnes ait, volu-

X s ifsc

isle Deum ostendere quantum de vita ipsi  
trahat qui de parentum obedientia detra-  
runt. Victurum enim hunc iuuenem fuisse al-  
eam etatem quæ iam apparebat in facie, nol-  
ipsos 70. annos parentum inobedientia detru-  
xisset.

5.

Gen. 9.6.

Gen. 26.7.

1. Reg. 4.

2. Reg. 18.

6.

7.

8.

Cham irriso patre maledictus est in sua po-  
steritate. Esau inobediens parentibus am-  
nobilissimam benedictionem: Filij Heli se-  
dē die perierunt. Absalon persequens par-  
ex arbore pendens confosus est.

Delrius disq. mag. li. 6. c. 2. sect. 3. q. 3. rete-  
admodum prolixè in quantas miserias pro-  
pulsit adolescens quidam Prutenus nobilis  
annos natus 22. postquam parentis gratia  
perdidit, & domo patria profugere coactus  
est. Nam anno 1600. die Martij 23. Grejjan  
lacrymis Patri cuidam Soc. Iesu retulit, lem-  
bilibus ortum parentibus & re ampla, edac-  
tum laute ac delicate, & certis de causis pa-  
rentis gratia excidisse & lare patrio pro-  
re coactum, & pecunia quam discedens copio-  
sam secum acceperat absumpta in extre-  
mum egestatem decidisse, tandem in via non po-  
cul à VVratisflavia dæmonē ad se nocte acci-  
sse, & recēsitis ijs ipsis quæ patiebatur quæ  
percessurus esset incōmodis, opem & ambi-  
um pristinamq; parētis gratiam promisisse  
modo se data chirographo vellet ad pau-  
quedā obligare. Se quidem suggestioni que-  
pernitiosissimam sciret, ea vice nō obtem-  
porebat.

raſſe, dæmonem vero prædixisse fore vt eum aliquando non acceptæ conditionis pœnitentia. VVratiflauie breui victus incōmodis die quodam sub vesperam egressus seipsum quod fidem dæmoni non dedisset coarguentem defleuisse animo cōditionem qua exciderat, in quam inciderat, nulla sibi reliqua consilij auxiliijve spe affulgente. Nox erat intēpesta cum illis dæmon gygantæ mole offert cōspicuum, & insultans ait; nonne vero dixeram futurum, meam vt opem supplex expeteres? iure quidem tibi illam vt indigno, possem quātumuis supplici denegare, verum vt intelligas quam tibi ex animo velim bene, en promitto auxilium, parentis gratiam pristinā, veteres delicias, iucunditatis años solidos numero 12. Quibus expletis plena mihi sit in corpus animamque tuam potestas, tu vicissim stipulanti sponde quæ exigo, & nunc in primis Deum Deiq; matrem, cælites omnes & fidem quam docuere veteres eiura; insuper fidem da mortaliū te nemini hoc pactum manifestatum, in nullum vñquam templum ingressum, precarium codicem nō lecturum, ac demum homines omnes ac eos potissimum qui te ad pietatem incitare hortariq; voluerunt odio implacabali prosecuturum, te vxorem non ducturum, sed concubinis pecunia cōductis usurum. Cumq; in tam pernicioſam legem concessisset iuuenis, iamq; sola supereret syngrapha proprio sanguine describenda,

dæmon



dæmon illi porrectam vltro sinistram tam  
vi compresit, vt sanguine è trium digitorum  
extremitatibus expresso manum impletam  
subministravit etiam scriptioni materiam  
calamum, scribentiique conceptis verbis pro-  
iuit, quæ sibi præstare vellet, & que sevis-  
sim præstiturum polliceretur. Postridie  
trati facinoris pœnituisse profectumq; O-  
mutium, inde Viennam, Vienna Graecum.  
Postremo venisse Marpurgum, ibi exilijs po-  
tæsum, se rursum indoluisse quod pacientem  
cum dæmone initum non custodisset, adfuisse  
sibi noctu denuo in lecto iacenti dæmonem,  
ac de pacto renouando ac nouo chiro-  
grapho proprio sanguine conscribendo  
actum esse. Post paucos dies iterum se faci-  
dannasse manus sibi violentas desperata-  
actum inferre voluisse: tandem suasu oī-  
dam venire Grætium, vt quereret reme-  
um, statuisse. Fridie tamen quam Marpug-  
discederet noctu adfuit dæmon & ceteri  
Grætij tuguriolum descripsit in quo zo-  
matij compareret fore vt tum fiat voti commu-  
& pristino statui ex pacto restituatur, ca-  
ret interim etiam atq; etiam ne Iesuitas ad  
vnquam alioquin grauissimas cum penali-  
turum. Et quamuis illo die (quem dæmon  
prefixerat) Pater Soc. eum à tali congre-  
terruerit, nihilominus postridie assignans  
sibi à dæmone locum infelix adiit, adell dæ-  
mon exprobrat perfidiam quod contrahit.

præceptum nebulonibus Iesuitis ad suisset. petit tertio renouari pactum. Deinde recensitis ab adolescentia peccatis ostendit animæ salutem esse desperatam citatis è S. script. testimonijs.

Vbi autem Patres Soc. Iesu hoc rescierunt, Nota charitatem Patrum Soc. Iesu qui de hominis nunquam visisa utre ad eo sunt solliciti, Quid horum apud Se. etiamos. Inaurem insurrit; huic nebuloni (confessario) ne credas, nisi velis ab eo improbe circumueniri. Nocte quadam ter est ad spacium trium passuum lectulo cinctus absque vlla tamen ullius membra laesione. Et alias se illi exhibuit dæmon & suasit Marpurgum ut rediret, quid Greti sese affigeret? Miror, inquit, quod cum noris te damnatum esse non maiorem des operam ut vitam hanc ducas hilariorem reuertarisq; ad pristinas quibus excidisti fortunas, &c. Refert Delrius copiose quantis laboribus Patrum Societatis Iesu dispositus sit ad S. Syntaxin, & quod dum ficeret professionem fidei Catholicæ & ventum esset ad hec verba: Ecclesiasticas traditiones, obseruationes & constitutiones firmissime admitto &

am-

amplector, &c. omnibus corporis vīis  
prorsus sit destitutus, eruptus illi oculorū  
aurium, & linguæ vīus in tantum ut si  
quantū restitutus diceret, vereris ne si  
loco sit moriendū. Nō absurde facient  
natōres si ex Delrio totam seriem & pri  
sum pro concione populo proponant,  
me quām ægre post multas preces & mo  
cationes in hunc finem Deo à Soc. Iesu  
tas, dæmon chirographa restituerit, quā  
re iuuēnem exagitarit, nunc sensibus  
priuando, & linguam impediendo, nunc  
rem attollendo & manū sinistrā milie  
in modum lacerando ut sanguis copiosus  
flueret.

**DEI VINDICTA IN OPPRES  
res pauperum.**

I.

**I**VLIANVS Imperat. (apostata) Ch  
inos asserebat ex Euangelij præscriptis  
quaquam affluere debere diuitijs sed ex  
tentibus impendere & superaddere, in  
perfectionis adipiscendæ gratia omni  
nitus erogare debere, quod quibus man  
gnum in cælo lubenti animo patientur  
pendium terrenæ substantiæ. Hisce plati  
loribus rapax fiscus iniecit auidas manus  
Gallicani viri consularis, olim generis  
stantini, opulentissimum patrimonium,  
quid accidit memoria dignum? ipse Cato  
in cuius pauperes Gallicani diuitiæ ex  
bantur tutatus est redditus egenorum pa



dis plane prodigijs nam quicunque accede-  
bat, vt prædijs vel domibus fiscales assigeret vi. de hos  
titulos, vel exigeret pensiones, arripiebatur micidis  
à dæmone, vel percussus lepra euestigio re-  
cedebat.

Ioannes Moscus Euiratus in Prato spiri-  
tuale cap. 85. in monasterio, ait, Abbatis Theo-  
dosij in Scopulo, inter Seleuciam & Rosum  
Ciliciæ consuetudo fuit vt in cœna Domini  
pauperes omnes & pupilli regionis huius  
confluerent huc, & acciperent medium tri-  
tici sextarium, benedictiones tredecim, &  
sextarium vini, mediumque sextarium mel-  
lis pro quolibet. Ante hoc autem trienni-  
um magna tritici sterilitas fuit, vendebatur  
que triticum in regione hac sextarij 12. vno  
numismate. Cum ergo venissent ieiunij di-  
es dicunt Abbatii nostro quidam ex patribus:  
nolis domine Pater, secundum consuetudi-  
nem dare pauperibus triticum, ne desit mo-  
nasterio. Triticum enim non inuenitur. Ab-  
bas autem cœpit dicere fratribus: non infrin-  
gamus, filij, benedictionem patris nostri  
Theodosij. Videte mandatum senis est, non  
expedit nobis illud transgredi. Vere ipse  
est qui curam nostri gerit. Fratres autem  
perliterunt in sua sententia, dicentes Abba-  
ti; non suppetit nobis quod dare possumus.  
Tunc Abbas contristatus ait illis: ite & secun-  
dum quod vultis facite. Non itaque vt con-  
suetum erat, dederunt benedictionem in die  
sancto

Obcessa-  
tionem  
consuetæ  
eleemosy-  
næ vniuer-  
sum mona-  
sterij triti-  
cum cor-  
ruptum  
est,

sancto cœnæ & parœcues. Præfectus p[ro]modum qui præterat horreis aperuit os[ium] reperit triticum totum germinasse. Q[uod] coacti postea sumus illud in mare prope[re] Tunc cœpit Abbas noster dicere fratres qui patris nostri monita irrita faciatur, labores nunc inobedientie te. Quingentos modios daturi eramus, tri nostro Theodosio per obedientiam cuissemus, fratresq[ue]; nostros pauperes solati fuissimus, nunc vero quinq[ue]; ferme modiorum tritici perdidimus. Quid sumus filij? Quantum nobis ipsi nocimmo? Duo profecto mala egimus. unum quidatum patris nostri præteriuimus, alterum quia spem in Deum non habuimus sed in reo nostro, vel ex hoc discamus, frater Deus est qui disponit omne humānum quodq[ue]; S. Theodosius. inuisibiliter pro filiis suis curam sollicitè gerit.

Gotschalcus ordinis S. Aug. ser. 3.  
Dom. 4. post pascha: Legitur, ait, in Chro-  
Episcoporum Osnaburgensis Ecclesiæ,  
erat quidam Episcopus illius Ecclesiæ  
nomine Anno Chr. 1068. qui statuit cen-  
eleemosynam & stipem dari per opifici-  
tum propter glires. interim quoad illas  
tur nunquam in illa diceceſi glires vel  
tuerunt. Cū autem Gotfr. de Arnsberg  
illam eleemosynā dimitteret statim gla-  
copia rediit Ann. Dom. 1348. & Episco-  
miserabiliter vitam finiuit.

## PVNIVNTVR PERIVRI.

**I**N veteri testamento legitur fames in Iudea exorta, quod Saul Gabaonitarum non nullos, contra vetera gentis Iudaicæ pacta cum illis inita & iureiurando firmata, necasset. Nec ante hęc plaga irati numinis cessauit quam semper Saulis filij, auctore facinoris iam diu mortuo suspendio vitam finirent.

Apud Ezech. cap. 17. Zedechias in Babylōnem abducendus ibi⁹; moriturus prædictitur, quod iuramentum quo Regi Babylonis obstrictus erat, violasset. Quam prædictionem cum postea euētum sortitam esse ex c. 51. Hieronim⁹ intelligi possit, hanc calamitatem Zedechiæ diuinitus accidisse patet.

Cum quidam nequam perdi homunciones grauem & seueram eam rationem, qua per vniuersam vitam tum in hominibus acriter admonendis, tum in eorum vitijs corrigendis vti consueuit Narcissus Hierosolymorum Episcopus, neutiquam ferre possent, præmetu ne ipsi propter infinita scelera, quorum si. Biiply consciij erant, iudicati ab ipso pœnas luerent: cœperunt contra illum consutis doloris conspirare, & turpem quandam criminationis calumniam in eum coniçere, deinde quo magis auditoribus criminationis falso obiectæ fidem facerent, eam iureiurando confirmare, atq; unus sic deierare: Si non vere dixerim, opto ut ignis incendio misere dispere.

Euseb. lib.  
6. c. 8. 9.  
Niceph. li.  
5. c. 9.

Falsi criminis à tribus  
testibus accusatur  
Narcissus.

Testes falsi  
horrendis  
exsecratio-  
nibus de-  
uouent seip-  
sos.

X am,

am, alter vero sic: Si non vere dixerim, ut saevo ac fœdo (regio) morbo corpus abatur. Tertius autem hōc modo: opto si

**Primus im** verē dixerim vt lumenibus penitus orbis  
**precatur si.** sim. Verum quamvis nemo ex fidelibus  
**bi incendi-** pter nobilitatem & testatam inter omnes  
**um, 2. le-** nino Narcissi castimoniam, atq; adeo ob-  
**pram, 3. cæ-** rationem ex virtutis regula traductā, illi  
**citatem.** grauissimo iurejurando se obstringens  
 animum aut fidem adhibuerit: ille ipsi  
 men partim præ indignatione falso ob-  
 criminationis, partim præ cupiditate  
 in sapientiae ac virtutis studio deg-  
 quam iam diu optauerat ab oculis vniuersitatis  
 multitudinis se penitus remouit, & in soli-  
 dine locisq; desertis ad multorum annos  
 spatium vitam transegit.

Multis an-  
 nis anacho-  
 reticam vi-  
 tam ducit.

**Dinina**  
**vindicta**  
**in peccan-**  
**tes.**

**Prioribus**  
**vt precati**  
**erant cue-**  
**mis.**

Verum sublimis ille diuinæ iustitia  
 tionisque obtutus his sceleribus patratis  
 nime acquieuit: sed quām celerrime in  
 illos & nequam homines, qui inter iu-  
 dum tam diris exsecrationibus se contri-  
 ipsos obligassent, grauibus calamitatibus  
 preslit. Primus igitur illorum scintilla  
 exigua noctu in ædes in quibus habita-  
 ex nulla caussa antegressa, subito ruen-  
 serè cum tota familia suaque stirpe re-  
 flamarum ardore omnino conflagra-  
 Alterius corpus eodem morbo, quem  
 tanquam mulctam fore impetratus esse  
 extremis pedum digitis ad caput vixit



fectum contabuit. Tertius etrumnosos Priorum euentus adspiciens, & Dei, qui octulis omnia intuetur, ineuitabilem vltionem **Tertius pœ** admodum reformidans, palam inter omnes nitetia sce maleficia communiter à se suisque socijs per **leris ductus** fraudem contra Narcissum admissa confessus est, sed tamen dum pro delicto grauissime condolescet, tantis tamque acerbis lamentis se afflictavit & vsq; eo lacrymas effundit, & cœcus fieret. **cœcus fieret** dñe non destitit quoad vtrumq; oculum sibi penitus extinxisset. Atq; hi pro ea criminatione falso contra Narcissum conficta tales poenas persoluerunt, hæc Euseb.

S. Aug. ep. 137. Nos nouimus, ait, Mediolani apud memoriam sanctorum, vbi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur, **Martyrum** furem quendam, quia ad eum locum vene reliquæ rat vt falsum iurando deciperet, compulsum vindices fuisse cōfiteri furtum & quod abitulerat reditatis.

4.

P. Martinus Delrius Miles quidam, ait, per **5.** Marchiam iter faciens, cum morbo impeditus detineretur, decumbens, tradidit crumenam pecunia refertam hospitæ asleruandam. Post aliquot dies, cum cōualefecit, repetit sacram. mulier auara cum ægrè tantam pecuniam amitteret, deliberat cum viro, vtrum redere debeat, ineunt consilium vt mulier neget depositum. Quare cum miles suū repetiret illa cōfidenter negat se quidquā accepisse, simulat se mirati impudentiā militis, qui ausit

Y 2 flagi-

flagitare cum nihil dederit afferuandum, n  
Ies, indignitate rei motus, obijcit vicissim  
spite perfidiam. Quare maritus, tanquam  
fensurus suam coniugem, extrudit mil  
domo. is ante fores irritatus scelere b  
stringit gladium, veluti impetum factum  
virum & ferit ianuam. Hospes implor  
dem vicinorum & queritur suas ædes opp  
nari. accurrunt lictores & militem quod  
publicam fecisset abducunt in carcerem.  
aliquot dies senatus oppidi alio mittit na  
tionem facti & sententiā perscribi petit.  
stabat ædes publicè oppugnatas esse,  
fertur sententia ut miles vltimo supplici  
ficiatur. Cum q; iam instaret dies iudicij  
diabolus in carcerem ad captiuum, inde  
ei, quam sententiam iudices latrū sint, &  
licetur se hoc periculo eum liberatum  
aduocati personam pro ipso in iudicio  
rum: hac conditione ut se diabolo dedat.  
les cōstanter respondet se potius moritur  
esse quamvis sit innocens. Cum vero di  
lus verbis multis exaggerasset periculū  
nectamen inflexisset militis animum, tū  
pollicetur ei liberationem sine vlla cō  
ne. Et cum veneris, inquit, in iudicium, de  
imperitum esse forenium negotiorum &  
trono indigere: ibi astabo cæruleo pileo  
ctus & ornato pennis. Pete igitur ut me id  
ant causam dicere, miles, qui hoc sine imp  
tate facturus videbatur, ait se hoc cōsilio

rum esse. Postridie in iudicium ducitur miles,  
 adest etiā orator tectus cæruleo pileo. ibi cum  
 actor peteret militē propter vim publicā ca-  
 pitali supplicio affici, miles respōdit se impe-  
 ritum forensium negotiorum, petere, vt lice-  
 at isti suo aduocato pro se dicere, concedunt  
 judices. ibi diabolus de iure eruditē disputat:  
 non esse capitali supplicio afficiendum eum à  
 quo non sit ortum rixæ & tumultus initium:  
 ait ab hospite militem vi extrusum & spolia-  
 tum esse, iubet quæri saccum, & locum mon-  
 strat. ibi cum hospes vehementer negaret, ad-  
 dit etiam diras imprecations, vt ipsum abre-  
 ptum diabolus perderet si fecisset. Hanc im-  
 precationem cum inuocatione diaboli cum am impre-  
 aliquoties repetiuisset, ibi causidicus omisla cationum  
 iam disputatione forensi adoritur hospitem causam &  
 & comprehensum per fenestras & medium iniustitiae  
 forum omnibus perhorrescentibus, cum fra- quomodo  
 gore abducit, nec postea vñquam corpus ho- Deus vltus  
 spitis inuentum est. Hæc fuit pœna falsum ~~cum suum.~~  
 iuramento confirmantis. Non dissimilis fuit  
 promissionem iuramento firmatam violantis  
 quam refert his verbis idem Delrius.

6.

In Saxonia virgo opulenta formoso iue-  
 niat tenuioris fortunę matrimonium promi-  
 fit. Hic quid futurum pr̄uidens, illam pr̄edi-  
 uitem & sexus ratione mutabilem, fidem vix,  
 seruaturam esse, puellæ respondit: illa contra  
 diris se execrari his verbis cœpit: Si alteri  
 quam tibi nupsero tūc mediabolus in nupijs

Y 3 illis



illis abripiat. Quid sit? Post interuallum  
quod mutat animum, nubit alteri pri  
sponso spreto, qui eam semel atque in  
promissi diræque imprecationis admon  
Sed illa posthabitum his omnibus nuptiis  
altero sponso, relictio priore, celebra  
so die nuptiali, cognatis, amicis, & con  
uis hilaribus, sponsa, vigilante confus  
reditur tristior solito. Tandem du  
duo sub specie duorum equitum in ad  
ptiales adueniunt, excipiuntur, adduc  
tur mensæ, hisque remoris, chorea, v  
ex his sponsa, honoris cauſa, tanquam p  
grino adiungitur, cum qua bis saltat  
tandem eam à conspecto parentum &  
corum, summo cum gemitu & lame  
tione, per ostium in altum sustulit,  
ro die parentes & amici mœsti sponsam  
runt, vt delapsam forte sepelirent, sed  
ijdem socij occurrunt, vester & aurum  
rentes, additis his verbis: non in has  
in sponsam à D E O nobis fuit concessa  
stas.

Narrat idem Delrius ex Virg. Polyd.  
Anglor. Goduinum comitem, cum peri  
fibi esset necem imprecatus, subito pe  
nis bolo fuisse suffo  
catum.

**I**N quas calamitates Herodes Ascalonita,  
Ivir alioqui felicissimus, diuina vltione Quæ mer-  
incidit ob persecutionem in Christum exci- ces crudèle  
ratam, & immanem eius fænitiam quam in Herodis fa-  
infantes Bethlehemicos, exercuit? Quo pa- cinus con-  
cto nulla ne minima quidam dilatione inter- tra Chri-  
posita diuina vltio illum dum adhuc in vita stum &  
manebat exagitauit, & quasi procœmia re- pueroseius  
rum ei post discessum è vita obuenturarum aquales ad  
evidenter ostendit? Qua ratione prosperum missum se-  
& florentem regni sui statum, quo se tum cuta sit.  
frui putabat, domesticis calamitatibus, qua-  
rum aliæ ex alijs ortæ sunt, ipse obscura-  
uit, dum vxorem & liberos, dumque reli  
quos, quibuscum propter propinquitatem  
generis & amoris coniunctionem maxima  
ei intercessit necessitudo, nefaria cæde affi-  
ceret?

De portentoso & insanabili eius morbo Plagæ He-  
decque eiusdem interitu miserando prolixè rodi ob in-  
agit Josephus (lib. 17. ca. 8. 9. 10.); Lento, ait, fanticidi-  
calore torrebatur qui non tam extremo ta- um diuini-  
ctu deprehenderetur quam intus popula- tuis inflicte  
retur viscera, aderat & vehemens voraci-  
tas cui necesse esset continuo cibos suggere-  
re, simulque vexabatur intestinorum ex-  
ulceratione & colicis passionibus: pedes  
occisus.

Y 4 tume.

tumebant phlegmate humido & pellucido  
similiterq; inguina: ipsa quoque verenda  
trefacta scabebant vermiculis, accedente  
da nec minus molesta lentigine, non sine  
tore grauissimo: super hæc omnia neruorum  
contractione laborabat, & difficultate am  
litus. Et: atra bile prægrauante eo immu  
nis prolapsus est ut facinus animo concipi  
longè atrocissimum, Nam cum è tota dimi  
nibiliores Iudæorum ad eum conuenire  
euocati minaci edicto poenam capitissimam  
tante non parentibus, infensus ex aqua  
fontibus siue innoxij, vniuersos conclusus  
circo: accita deinde Salome forore mar  
cius Alexa, ait instare sibi terminum viæ  
cumbenti tantis doloribus, quod quidem  
rendum esse, quando iuxta communem  
talium sortem accidat. illud permolestum  
se, si carendum sit extremo honore luctu  
debeat Regibus: nō enim ignotā sibilatio  
rūmentem esse q; optatam suam mortis  
accepturi sit animis, quandoquidē vel a  
tis non abstinuissent cōtumelia; sed illa  
esse officij leuamē aliquod præsentis huic  
loris decernere: nam si assensum consilio  
præbeant fore funus longe quam aliorū  
honoratus, & manibus suis gratius omni  
per totam ditionem non ficitे lugentibus  
go quamprimum viderint se exhalasse  
mā debere eos clausam circo nobilium  
titudinem cingere militibus, ignoran-

etiamnum suum obitum non prius vulgan-  
dum quam mandatum executi sunt: iubere de-  
inde ut circumactos vna omnes iaculis confi-  
gerent. Quibus hoc modo cæsis duplarem se  
eis habiturum gratiam, vel quod mandato-  
rum fuerint memores, vel quod obitum su-  
um publico luctu honorauerint. Hæc illo  
cum lacrymis lamentabundus cognatos per-  
mutuam fidem & benevolentiam perq; om-  
nia sacra obtestabatur, ne se extremo hoc ho-  
nore fraudatum vellent, eis contra pollicen-  
tibus datus se operam vt cuncta iuxta eius Augustus:  
mandatum fierent. Post malum simul & cul-  
tellum poposcit, ferire seipsum cupiens, per-  
petras et q; facinus ni Achiabus nepos iustum  
præueniens clamore sublato cohibusset eius li. 2. Satur.  
dextram. Quinta die postquam Antipatrum ca. 4.  
filium occidit, vita sanctus est, &c.

Legentes Iosephum (c. 7. antiq. ca. 14.) ad-  
miremur oportet ludibria & damna quæ co-  
actus est subire populus Iudeorum postquam usgladium  
verum legitimumq; à Deo promissum ac da- ire suę exc-  
tum Regem, Christum ipsum, recipere ac ve- tere in Iu-  
nerari contempnit, quo semel ipreto & in su- dęos ob cō  
gam adacto non vnum solum Herodem sed temptum  
complures compulsus est pati tyrannos, nec Christi, &  
fuit ipsi amplius à vexatione quies aliqua do- gentib. ad  
nec à Romanis funditus deletus est. salutē per  
baptismū aditum ic. serare.

Cum Herodes Agrippa Rex Iudeorum  
Roma recedens tenderet in Iudeam & naui  
primum delatus esset Alexandriam, erat ibi

Y 5 qui-

quidam insanus (ait Philo in Flacco, dum  
 iurias à Flacco præside Alexandrino Ius-  
 irrogatas persequitur) nomine Carrabas  
 ex illo conspicuo furiosorum genere, sed  
 uiore correptus insanus. Is interdiu nocte  
 nudus oberrabat per compita, nec alium  
 frigus deuitans, puerorum & adolescentium  
 ludibrium. Hunc miserū propulsu ad  
 narium in superiori loco statuunt ut spec-  
 poslet ab omnibus, moxq; capiti diadem  
 posuerunt papyraceum, pro paludamen-  
 corpori storem induunt, pro sceptro  
 stum arūdiniis humo sublatum quidame-  
 dit in manum. Sic ornatum regijs insigni  
 in Regem transformatum more hiltronis  
 adolescentes perticas in humeris gestant  
 pabant pro satellitio; tum alij salutatum  
 debant; alij sibi reddi iura petebant: alij  
 lebat eum de Rep (Ecce tibi nouus post  
 stum idemq; primus atq; nouissimus Regis  
 quām insigniter est illus ab Ethonicis  
 raba, quia Christus sub Pilato regio haben-  
 tisoriē personatus est & derisus ab illis  
 Barrabam sibi dari petentes in Christum  
 cis supplicium conclamarunt). Post ha-  
 clamatum est à circumstantibus magna  
 Marim appellantibus, quod nomen se  
 significabat Dominum: norant enim Ag-  
 pam Syrum genere & regnare in hono-  
 ratione Syriæ. His auditis, imo visis. Flu-  
 Prefectus Aegypti cum debuisset illum

Sanum coniçere in carcerem, ne illusoribus  
præberet materiam petulantiae, atque etiam  
ipos, subornatores quod Regem Cæsar is a-  
micum à Senatu Romano honoratum orna-  
mentis prætorijs, ausi sint apertis obliquis-  
que contumelijs laceſſere, non ſolum eos  
non caſtigauit, ſed ne cohibere quidem dig-  
natus eſt, licentiam dans malitiosis, & quid-  
quid videbat audiebatque diſſimulans. Hæc  
Philo. Quam ingens vero luſtus hunc Iudum  
ſecutus fit, & quatas iniurias Flaccus intulerit vi. P. Gree-  
Iudæis, eos crucifigendo & varijs ſupplicijs af- ſeri li. i. de  
ſificiendo pergit idem enarrare, & proſequitur de S. cruce  
etiam lib. de legat. ad Caium imper. vbi co. c. ii.  
piofe quoque docet quomodo Dei vindi-  
cta. Caij Cæſaris furore armata in Iudæos Cæ-  
ſarem appellantes & Christum negantes an-  
no Christi 41. fit progreſſa. Non caſu eſt fa-  
ctum ut permitteret Deus tam immanes be-  
ſtias, Flaccum & Caium, in eos ſauire. Exe-  
crandum quippe facinus eorum in Christum  
innocentissimum & de omnibus optimè me-  
ritum perpetratum ſcriptum (quod ait Prophe-  
ta) ſtylo ferreo, in vngue adamantino, in ip-  
ſos clamans meritas exposcebat pœnas. At  
fuerunt hæc initia dolorum & diuinæ vltio-  
nis in eos præludia, quaꝝ an. Christi 40. in A e-  
gypto coepita in alijs orbis terrarū prouincijs  
vbi Iudæi agerent indies magis magisq; aucta,  
atq; eorū magno dolore propagata, neq; in ipſa  
quoq;

4.



quoq; immani atq; asperrima Hierosoly-  
rum excisione finem acceperunt.

5.  
Lib. 16. an-  
tiq. c. 12.

Quantopere eos vltio diuina vexarit  
Chr. 42. docet Iosephus. Lentis velut palli-  
in eos indignatio diuina procedens, & con-  
sub Romano imperio & qui apud extre-  
nationes erant, affixit, quia peccauerat  
Christum non solum qui Hierosolymis  
bant Iudei, sed & cæteri omnes qui ex du-  
sis orbis partibus ad paschale festum illu-  
more confluxerant, omnes æquè in eum in-  
nentes & cruci affigendum, clamantes &  
lato illud ipsum clamoribus extorquentur.

Cæterum quoniam qui Hierosolymas ac-  
dæam habitabant longe grauius deliquerit  
debantur, quod tamdiu admoniti Christi  
raculis, tantam gratiam contempsilarentur.

Apostolorum prædicatione resipuerint, pri-  
uoribus relinquebatur plectendi supplicium  
illis ipsis scilicet quæ in eos obuentur. Cui  
stus ante prædixerat abominationem de-  
tionis in templo esse videndam, civitatem.

Etiam expugnandæ templumq; excidende-

Gen. 18. te-  
statur A-  
braham  
non esse  
Dei volun-  
tatis vt cū  
impiis pa-  
riter pec-  
cavit iusti,  
Vasa enim illa iræ Dei in ipsos effundenda  
penitus consummanda ad tempus dilata-  
no consilio seruabantur, vt interim exili-  
rent, qui per Euangelij prædicationem salu-  
rent, sicut est Psal. 59. dedisti metuentes  
significationem vt fugiant à facie arcus, re-  
berentur dilecti tui.

Qui olim Iesum Nazarenum ac proinde  
Floridum nuncupatum & ab Esaia c. II. floris 6.  
nomine demonstratum recipere contempse-  
rant, spreuerant, occiderant, anno Christi 68.  
Florum omnium scelestissimum, spernetem,  
diripientem, occidentem, & in omnes imma-  
nissime sauvientem ferre, honorare, & in om-  
nibus obsequi & quibusuis officijs prosequi  
compelluntur. Quod abieciissent florem na-  
ti sunt florum. At qualis ille, & qualis iste?  
ille venit vt saluaret, hic vt perderet: ille vt  
pacem abundantius impertiret, hic vt pacem  
inuentam profligaret, conflaret bellum ac Ju-  
dæos funditus deuastaret, quiq; inde auspica-  
retur vindictam vnde immane ipsorum deli-  
ctum fuerat consummatum. Adegerant illi  
tandem Christum in crucem, sed per Florum  
in primis eorum nobilissimi patibulis affi-  
guntur. Cum olim (Matth. 21.) principes sa-  
cerdotum & Scribæ ægerrimè accepissent Ie-  
sum, qui Saluator Hierosolymam veniebat,  
faustis puerorum & plebis acclamationibus  
excipi, ex mandato Flori mirandis plane mo-  
dis & artibus persuadere populo compel-  
luntur vt exeat obuiam & salutent milites  
qui eos perdituri venirent. Ioseph. de bel.  
Iud. lib. 2. c. 15.

Anno Christi 69. in ciuitates Capharna-  
um atq; Corozaim deplorata atque à Domi-  
no prædicta mala euenisce putantur. Tunc e-  
nim Vespasianus Galilæam penitus debella-  
uit

7.

Deus ab i-  
psò nomis  
neauspica-  
tur punis-  
tione*et*  
Iud.

Antithesis  
Christi &  
Flori præ-  
sidis iu-  
deæ.

Peranti-  
quo deli-  
cto iusta  
vltionis  
statera no-  
ua poena  
pensatur.

uit atq; ita illi qui primum omnium atq;  
quentius Christi prædicationem audierat  
nec tot tantisque viis miraculis crediderat  
ante omnes, diuino iudicio, Romanis vici  
tibus, perfidiq; & impietatis dedere pena  
seph. de bel. Iud. lib. 3. c. 4.

8.

Eodem tempore Hierosolymitanus  
tas, mutuo inter se Iudæis ciuili bello  
diantibus ingenti clade domesticorum  
tur. miserandum tunc plane spectaculum  
(ait Ioseph. de bel. Iud. li. 2. c. 38.) videre?  
tifices sacris paulo ante indumentis artus  
& toto orbe celeberrimæ religionis auctor  
quiq; vndiq; in ciuitatem commenitibus  
nerabiles habebantur, occisos jacere modo  
prædam canibus & feris expositos. Sed ha  
periale caput sancti ad vestigia subden.

32. Fuerunt, ait Paulinus, duo cubicularij Gru  
Anno ni imp. de hæresi Arianorum, qui tradidit  
Chr. 381. Episcopo (S. Ambrosio) quæstionem pro  
nerent, ad quam audiendam altero die  
silicam Portianam se ad futuros promiserunt.  
Erat quæstio de incarnatione domini. Sed ergo  
tereo die miserandi homines superbiter  
re completi nec memores promisorum, Ann  
tementes Deum in sacerdote ipius, nec mitteb  
bis exspectantis considerantes iniuriam, iij  
memores etiam dictorum Dominicum clefia n

Matth. 28. Ariani au qui scandalizauerit vnum, &c. consederunt cum m  
lisis iuxta illud Prov. in equos, quasi gratia gestadi, ciuitatemq; præfus  
9. accidit: si sunt, exspectante sacerdote & plebeio ceteris  
Parata sunt cleris constituta. Sed huius contumacio citatus  
derisorib; finis fuerit horresco referens. Subito em raret, a  
audicia. præcipitati miseras animas emiserunt a  
corpora illorum sepulturæ sunt tradita lium p

33. Ambr. ep. Theodosius imp. insensissimo accepit  
29. ad Theo mo Episcopos deferre ad præfectos vel  
dol. imp. si imp. excessus collegarū, vel criminis  
de causis prisoriis ordinis sacerdotū subterfugientes Epis  
pecuniariis pale iudicium. hos reiicit, nec patitur aud  
Comites præfectis, quos & dato rescripto commi  
tuos con dicio  
sulis, &c. pentio



ab Ecclesiasticis iudicijs penitus abstineret, Sacerdotū  
quæ ad Episcopos Ecclesiasticarum rerum ac  
personarum legitimos iudices deferri man-  
davit. Maximus vero tyrannus exerens ut al-

consilio a-  
gēd & caus-  
sae sacerdos-  
tum.

ter Phinees gladium in turpissimorum (adul-  
terorum) hæreticorum Episcoporum necem,  
et si sanctificasse manus suas domino, ob idq;  
vt Phinees perennitatem imperij cōmeruisse  
videri potuisset, tamen & virtæ & imperij fecit  
iacturam, non ob cædem fontium, sed ob ar-  
rogatum sibi sacerdotale iudicium, quantum-  
libet Episcoporum cōlensione delatū. Quām  
ergo grauius delinquunt qui illud cōradicen-  
tibus sacerdotibus, sibi vēdican& extorquēt.

Maxim's  
bi arogat  
caussam E.  
piscoporū.

Anno Chr. 387. Iustina Augusta Ariana pro-  
suis, nec mittebat Tribunatus, & diuersas alias dignita-  
tes, ijs qui S. Ambrosium Episcopum de Ec-  
clesia raptum ad exilium perduxissent. Quod  
cum multi, ait Paulinus, conarentur, sed Deo  
præfule perficerent nō valerent, vñus in felicio  
terris, nomine Euthymius, tanto furore ex-  
citatus est, vt iuxta Ecclesiam sibi domum pa-  
raret, atq; in eadem carrum confitueret, quo  
facilius raptum superpositum carpēto ad exi-  
lum perduceret. Sed iniquitas eius in verti-  
cēdū iphius descendit. Post annum etenim co-  
dem die quo illum rapere se arbitrabatur, eo-  
dem carpento impositus, de eadē domo ipse  
ad exiliū destinatus est, reputans sibi iusto iu-  
dicio Dei id in se esse cōuersum, vt in eodē car-  
pentō dirigeretur ad exilium q; ipsi parauerat  
sacer-

34. Severus e.  
Deus vin-  
dex seruo-  
rum suorū.  
æqua lance  
penstatum  
redit q; in  
ipso sup-  
plicium  
cōminan-  
tur impij.

sacerdoti, cui non minimum solatij sacerdotis  
præbuit, dando sumptus, vel alia que erant  
necessaria.

**35.** Eodem anno Calligonus Præfetus  
**Ambr. ad** culi junioris Valentiniani S. Ambrosio  
**Marcellinā** mum supplicium comminabatur, cum duum,  
**Sororem.** ret, me viuo tu contemnis Valentinianum  
caput tibi tollo. Sed huius eunuchi processus ex  
am haud sinit inultam abire Dominus, Nostrus  
S. Augustinus contra Iulianum Pelagianum  
de spadonum concupiscentia agens artus  
ob concupiscentiam turpem (licet in eunuchis  
concubendi conatus irritus sit) gladio virile  
esse punitum cum meretricis confessus  
esset conuidus.

**36.** Postquam Iustina palam Ambrosium  
sequi desierat clam sicarium in eum immisit.  
De hoc ait Paulinus: alius gladium ferens  
cubiculum usque peruenit ut interficeret  
dotem, sed cum eleuasset manum, diffidens  
gladio dextera obrigente, remansit. Tunc  
missum à Iustina postquam confessus est  
chium, quod, iniquè cum extenderetur  
guerat, sanatum est confessione.

**37.** Quia Iustina & Valentinianus filius de  
lendis ab Ecclesijs Catholicis Sacerdotibus  
promulgarant edictum, à suo ipsorum  
Maximum imp. expulsi sunt imperio, A  
terna hereditate priuati eodem anno, p  
contigile vindictam ob contemptum  
persecutione exagitatum dignissimum in  
dignissimum.

PERSEVENTIVM PIOS.

38<sup>1</sup>

dotem Ambrosium, omnibus eius seculi rem  
considerantibus perspicuum est, quod & Rufus  
finis atq; alij post eum confirmant.

Lib. 2.c.16

38.

Anno  
Chr. 401.

Cum in ciuitate Gazæ portarent Christia-  
ni, ait M. Diaconus, venerandum Christi lig-  
num, hoc est, figuram crucis, videns dæmonum  
qui habitabat in statua Veneris nec videre su-  
stinet signum quod ferebatur, turpiter eges-  
sus ex marmore dejectus ipsam statuam, & in  
multa fragmenta confregit. Accidit vero ut  
duo idololatræ starent prope aram, in qua  
stabat statua, & corruens vnius quidem caput  
fregit in duas partes, alterius autem hume-  
rum & brachiale stabant enim ambo sanctum  
populum subfannantes.

Cum Ioannes Chrysostomus Episcopus  
Eudoxiam Imperatricem prohibuisset ab in-  
gressu Ecclesiæ eo quod viduæ Alexandrinæ  
abstulisset vineam, tentabat quidam ex ijs qui  
cum ipsa erant portam Ecclesiæ gladio percu-  
tere, eius autem manus statim arescebat, ut re-  
fert Leo imp in vita S. Chrysost.

39.

40.

Anno Christi 404. Cum furore Eudoxiæ  
Augustæ Ioannes Chrysostomus Episcopus  
Constantinopol. actus esset in exilium, flam-  
ma, ait Palladius rerum harum præsens inspe-  
ctor, de medio throno in quo Ioannes sedere  
confueuerat, & velut medio in corpore posi-  
tum cor, eloquium Domini cæteris membris  
exponere, repente profiliens verbi Dei do-  
ctorem requirebat, quem ubi non inuenit se-  
dem

dem totam depascetur; ac speciem arb  
præferens & per catenas in sublime se po  
gens ad tectum vñq; serpebat, atque viper  
morem, ventre exeso, in dorsa tectorum  
clesiæ ferebatur, Deo mercedem iniul  
jam hinc, veluti destinatam huius aucto  
sceleris pœnam, reddente, &c.

41.

Aduersarios Chrysostomi vindicta  
na diuersis eisdemque prodigiis exag  
erumnis. Nam quorundam corpora  
porum & laicorum morbus assumens,  
Iadujs, varijs cruciatibus agitat, lenta  
testina depascens, pruritusque intolera  
totam superficiem vnguis lanians,  
quoque intestini perpetui dolores, &  
paslio, cuiusdā pedes, intercutanei mort  
star, nimia inflatione turgescunt. Alterius  
humoris redundātia ad manus vñq; den  
eos qui male subscripti, digitos mixt  
gori incēdio cruciat. Alium aquaculturū  
& putredo ex secretiore parte corporis  
gum se extendens, & vermes gignens,  
vexat. Ad hoc respirandi difficultas, omni  
intentio membrorum, imaginesq; nocti  
in canes rābidos & districtis gladiis ber  
ros, & vocem horrendam transeuntes, in  
nem somnum plerisq; faciunt. Alius equo  
psus, dextero fracto crure, continuo  
tur, alias omista voce, octo mentibus  
marcescit in lecto, qui nec manus ad os  
nere potest. Alius viuens crura sensim vñ  
gen

eciem arboreum per triennium vritur, Chrysipeli mortua fatigatus. Alius inflata (vt aiunt) lingua cum febre vehementi, nec valens eam intra præstitutum à natura locum continere, in pugnari scribens, confitebatur scelus suum. Erat itaq; videre diuinitus illatam iram varijs in auctores mali sœuire modis, &c. hæc Pal- lib. 6. c. 14.  
lad. Maruthas Episcopus Mesopotamia, ait & 17.  
Socrates, inuito certe animo pedem Cyrii Episcopi Chalcedonensis (qui fuit inter ante-signanos aduersariorum Chrysostomi) presso forte vestigio adeo oblesit vt pes putreficeret, & necessitate adactus eum à corpore Cyrius abscinderet, neq; sectionem semel passus est, sed saepius, nam mali contagio per vniuersum corpus serpsit, adeo vt alter pes ea infestus similiter amputaretur. Multis erat in ore Cyrinum ista perpeccum quod Ioannem conuicijs exagitauerat. hæc Socr. eadem So. lib. 8. c. 16.  
zom. Addidit Socrates : Cum grando mag- lib. 6. c. 17.  
nitudine inuisita in suburbis Constantino-  
poli decideret percrebuit sermo istud Deo  
trato propter Ioannem indicta caussa abdica-  
tum contigisse. Hunc sermonem imperatricis  
mors, quæ illico insecura est, vehementer au-  
xit, nam quatri duo post delapsam grandine  
nem è vita decessit. Cedrenus ait : Cum vte- in com.  
rum ferret jam q; partui esset vicina, fœtus in pend.  
vtero extractus est, ac cum eum vellet eniti id  
frustra fuit, totoisque dies quatuor mortuus  
fœtus in vtero retentus computruit, atque  
vteri

Vltio pa-  
tratorum  
in S. Chry-  
sof. scie-  
rum.

vteri quoq; abscessum efficit. Cumq; pen  
exiret fœtus, & dolorum finis non esse, cum  
dam ei litteras magicas superposuit, que inuid  
statim ejecit mortuum fœtum, & simul Silue  
mam miserrime efflauit. Nec Arcadius fanus  
Baronius, quamuis iunioris esset atque ab H  
superstes fuit, vixq; ad quadriennium quæ  
propagauit, ut plane vlciscere numine  
factum sit quanto periculo principes  
sequantur de quibus illa terribilis pr  
communio Christi: Qui tangit vos, mors  
pupillum oculi mei.

Matt. 18.

42.

Anno  
Chr. 507.

Sicut cum in humano corpore off  
guntur prosternitur homo, ita cum  
ianctissimi viri tolluntur, qui totam m  
precibus fulciebant, ipsum magno f  
corruit. Sic quod sanctorum subnixu  
bus diu steterat inconcussum Alaria. Vt  
Gothorum regnum, pro cuius felicitate tunc i  
antistites ad Deum iuges fundebant ga, sub  
nes, simulac ab eo S. Cæsarius Arelatensis dixi  
scopus est passus exilium, & S. Quintinus cheno  
etus extorris, omnino est collapsum. si fac  
tu

43.

Anno  
Chr. 539.

Qui victor in omnibus Iustinianus Tu  
vniuersa Africa potitus fuit, item bello aduer  
liam, Dalmatiam, Italiamq; vna cum vno nopol  
cepit, idem ex insperato Hunnos patre tra fas  
est infundentes se vsq; in Constantinopoli cum v  
næ vrbis mœnia, nec quicquam virtutum linqui  
buit eos expellendi, imo ignominiosos storun  
est à barbaris ingruentibus redimere possum

Cumq[ue] penititione annui tributi, qui haud pridem, non esse, cum Dei amicus esset, VVandalos, Gothosq[ue]; osuit, quod inuidos superarat. Quia enim factum est in Siluerium Rom. Pontificem, quod nec pro Arcadius, & similius aliquis tentare ausus fuisset, paclum est ab Hunnis Romanum imperium, quod vix quilibet destituta suo Rege prouincia subiatura fuisset.

Anno Christi 565. Ex improuiso instar suis januam effringentis Iustinianum imperat. mors rapuit improuisa & importuna, opportuna vero ipsi Romano imperio sub imperatore heretico titubanti & in deteriora labentia, vindicante Deo illatas sanctis Episcopis totam contumelias, pariterq[ue] prohibente, ne accensum ab eo semel incendium vniuersam depascetur Ecclesiam.

Alarici. Ut enim Dei iudicium fieret manifestius, felicitati tunc inuisibili, vt loquitur Niceph. i&tus pladebant gla, subitanea est morte subreptus, cum iam in relativa dixisset exilium Anastasio Episcopo Antiocheno, atque ceteris illi inharentibus Ecclesiis sacerdotibus.

Tulerat diu consueta patientia Deus quae em bellum aduersus Eutychium patriarcham Constantiopolitanum anno superiore imperator co- tra fas iusq[ue] sacrificie perpetrarat cum e[st] sede Constantinopoli violentus abstraxit: Verum qui non relinquit virginem peccatorum super sortem iustorum, haud sicut ulterius progredi, qui non solum non emendaret perperam facta, sed au-

Bb datoria

Procop de  
bel. Pers.  
lib. 2.

**Apoc. 14.** daciora tentaret, repentina eum morte  
**Opera illo-** ducens. Euagrius insuper eum quem diu-  
**rū sequun-** hæc vindicta percussit ob impietatem que-  
**tur illos.** souebat & discordias quas in Ecclesia es-  
**lib. 5. c. 1.** tauit ad inferos detrusum affirmat, cum  
**Niceph.** actumultu compleuisset, mercedemq; bi-  
**lib. 17. c. 31.** bitam in extremo vitæ suæ tempore re-  
 ait cu fæcti tasset. ad supplicia iusto Dei iudicio ap-  
 pœniuissc feros luenda profectus est.

**Sap. 6.** Rectè igitur dixit Sapiens ad Reges  
 Horrendè, & cito apparebit vobis, quo-  
 iudicium durissimum his qui præsum-  
 Exiguo enim conceditur misericordia,  
 tentes autem potenter tormenta patientia.

**45.** Valens Imperat. Arianus in toto impo-  
**Monachi** edixit ut Monachi ætate juuenes, corpo-  
**militare** lidi, animo strenui, confessim abiectione  
**coguntur.** tu religioso arma caperent, & relicto mu-  
 sterio ad militiam nomina darent. Po-

**Viri egre-** conflictu contra Gothos lethaliter vul-  
**gij mona-** iterij rigo. tus cum prælio se victum cerneret, fugi-  
**sterij** rem & alpe luti consulere statuit. Sed fortuna quoniam  
**ritatem** mel persequi coepit non ante confondere pa-  
**mundi li-** tur quām aut extinctum aut pessundatum  
**bertati de-** deat. Cum ergo infelix imp. in casulam le-  
**litijsque** storum abdidisset ab insequentibus hosti-  
**antepo-** deprehensus, igne hinc inde iniecto viuis  
**nunt.** crematus est, atq; ita uno die & vitam, &  
 nitatem, & imperium perdidit.

Si quando pater Antonius ad Gregori- 46.  
um Arianum Episcopum è montanis scribe- vide lo-  
ret, quemadmodum pietas peccatori in abo- cum de  
minatione est, eodem modo viri sancti scri- Hæreticis.  
pta abominabatur. aliquando S. Antonij epi-  
stolam Duci (Alexandriæ & Aegypti) Bla-  
cio Ariano conspudendam abiiciendamq; tra-  
didit, sed hoc diuina vindicta inultum non  
prætermisit, siquidem non diu post Blacij  
semur equus cui insidebat ceruicibus retor-  
tis ita momordit, atque è dorso excussum hu-  
mi affixit ut intra triduum proximum peri-  
ret. hæc S. Athanas. ad solitar. Sed eadem pau-  
lo fulsis & nonnihil diuerse idem in vita S.  
Antonij, quod fortasse accidit vitio librario-  
rum. Cum, inquit, virgines monachosque nu-  
datos verberaret in publico Blacius, misit ad  
eum Antonius litteras, quarum ista senten-  
cia est. Video iram Dei venientem super te.  
Desine persequi Christianos, ne te ira occu-  
pet, quæ proximum iam minatur interitum.  
Legit infelix epistolam, & irrisit, atque in e-  
am exspuens, proiecit in terram, portatores  
quoq; multis afficiens iniurijs, Antonio talia  
renunciari præcepit: Quoniam cura tibi tan-  
topere monachorum est, etiam ad te mei vi-  
goris transbit disciplina. Sed confessim mi-  
nitatem oppressit supplicium, & post quin-  
que dies os effrenatum vltio diuina compes-  
cuit. Egreditur enim, &c. cū Aegypti præfecto

Bb 2 Ne-

Nestorio, vchuntur equis, quos inter omnes  
Blacius, cuius erant, mansuetissimos nutra-  
rat. Cum ergo pariter sibimer equi alieni  
rent, mitior, quo Nestorius vebebatur, mo-  
repentino Blacium decuslit in terram,  
in eum inhians, femora eius laceravit,  
corrosoit, ut statim relatus in civitatem  
xandriæ) post tertium diem moreretur,  
uersique agnoscerent minarum ab An-  
prædictarum effectum quantocyus cō-  
tum, digno persecutoris fine completo.

47.

**De glor.  
conf. cap.  
12. 13.**

48.

In Hispanijs (inquit Greg. Tur.) cum  
vvigildus Rex contra filium suum ambu-  
atq; exercitus eius grauiter loca sancta con-  
teret, monasterium erat S. Martini in  
guntum atq; Carthaginem Spartiam. En-  
entes autem monachi, quod hic exerci-  
locum illum deberet accedere, fugam in-  
& se, relicto Abbe sene, in insulam  
abscondunt. Aduenientibus autem Go-  
diripientibus res Monasterij, quæ sinec-  
de remanserant, Abbatem senio incur-  
sed sanctitate erectum offendunt, exti-  
vnius gladio quasi amputatus cervicem  
resupinus ruit, ac spiritum exhalauit. Re-  
verò hæc videntes, timore perterriti fugi-  
Quod cum Regi nuntiatum fuisset, cum  
ficatione præcepit, omnia quæ ablata fuer-  
monasterio restaurari, &c.

Terribili Dei iudicio poenas dedit pro-  
ter qui aduersus S. Dalmatium Ruthena-

Episcopum probra jecit, & eum delirum  
ac fatuum nominauit. Nam hæc eo dicente, ait  
Greg. Pincerna poculum oblatus aduenit. hist. lib. 9.  
At ille acceptum dum ori proximat, tremere c. 46.  
cepit, laxatoque de manu calice, super alium  
qui sibi erat proximus, caput reclinans reddi-  
dit spiritum.

Francorū Rex Theodoricus licet peccatis 49.  
Notā quā  
haud leuibus esset obnoxius, dū tamē Colum-  
banum Dei seruum bene habuit & officijs fre-  
quentauit, prospera illi cuncta ac felicia eue-  
nerunt, atque in bellis victorias & alia bona  
plurima est consecutus. Simulac vero redar-  
quentem prosequitur odio, persecuitur & ex-  
tra regnum proijcit, mox ac si à fundamentis  
reuelsus esset lapis, cui regni moles innitere-  
tur, bello exorto ciuili, nutare cœpit, ac bre-  
ui totum penitus collapsum est ipsius reg-  
num.

Ioan. Zonaras tom. i annal. refert ex ca. 16. 50.

Numeror. horrendum interitum Coræ & so-  
ciorum eius, Moysi & Aaroni sacerdotibus à  
Deo ordinatis rebellantibus.

Emissarij Saulis Regis iussi interimere sa-  
cerdotes Nobe, eo quod Dauidem (quem ipse  
Rex persequebatur, suscepissent, non sunt au-  
si manum eis inferre. Aderat Rex, in facinus  
urgebat, cunctantibus iratus minabatur, at illi  
immoti fixique steterunt atque adeo ipsum et  
occidi si fors ita ferret quam occidere Dei mi-  
nistros malebant. Serui deniq; morte con-

Bb 3

tempta

51.

Marul. lib.  
3. c. 5. cx  
1. Reg. 22,

tempta, prætulerunt furentis domini iussione bellum  
reuerentiam sacerdotum Doëg vero Idumæus  
us, cui nulla religio nullus Dei metus era  
nec sacerdotum eius crux manu sua  
dore timuit, nec distulit pios coram imperio  
rege iugulare, ut illi morem gerere. Doëg  
interpretatur mortuus, ne nescias morte  
men. A  
nesto perse na damnandum esse quisquis tam excellens  
ia. ip  
cutorum ordinis viris iniuriam irrogare non posse  
nimam  
Ecclesiæ reret. ac ne tam immane flagitium vel  
los: se  
VI. in Epit. vel ipsi Doëg impunè cœsisse existimes,  
Postilla P. bo simul cum in Gelboë Philistinos fugientem  
Scherenj iusto Dei iudicio proprijs mucronibus  
conci. 2. inuid  
Dô 4. post buerunt, semet interficientes qui sacerdos  
triu Regu. interfecerant.

52. 4. Reg. 12. Ozias Rex volens adole-  
2. Par. 26. censum monitusque à sacerdotibus, non  
hoc sui muneric & contemnens, leprosus  
titur.

53. 2. Machab. 4. Andronicus Oniam Pon-  
cem dolo occidens postea purpura exutus  
tamq; per ciuitatem circumductus in eum  
loco in quo Oniam interficerat, occiditur.

54. Iustina Valentiniani imp, mater, Am-  
hæreseos alumna impietatis sua venenosa  
Soz. lib. 7. viuente viro suppresserat, filio facile-  
bust. ca. 12. pto fidenter aperuit. igitur apud medi-  
&c. 13. num posita, conturbare Ecclesiarum suarum  
comminari sacerdotibus depulsionis causa  
nisi Ariminensis Concilij decreta, quibus  
des Patrum temerata fuerat, reuocarentur.

bello, Ecclesiæ murum & turrim validissimam pulsabat Ambrosium, eumque minis, metus et terroribus, atque omni expugnationis generans primum sibi aditum debellandæ conabatur facere Ecclesiæ. Sed quamuis illa Izabel spiritu pugnaret armata, resistebat tamquam Ambrosius, Heliæ virtute repletus & gratia ipsa autem in Ecclesijs garrire, strepere, animare, & inflammare ad discordiam populos: sed quod minus res ex sententia cederet, iniuriam putare, & pro hoc apud filium conqueri. Vnde adolescentulus pro contumeliam inuidia, quā falso cōflauerat mater, accensus, armatorum globum ad Ecclesiam mittit, cōfringi januas, oppugnari sancta, sacerdotē per trahiatq; in exilium mitti protinus iubet. Sed tanta fuit perseverātia fidelium populorum, ut animas prius amittere quam Episcopum mallingent. interim dictāda aduersum fidem imperialia decreta mandantur Beneuolo, tunc memoriae scrinijs præsidenti. Sed ille, cui ab incunabulis sacra fides & venerabilis fuit, abnegat se impia verba posse proferre & contra Deum loqui. Tunc vero ne inceptum regnæ frustrari videretur celsior ei honor promittitur si impletet iniuncta. Ille qui nobilior in fide esse quā in honoribus cuperet: Quid mihi ait, pro impietatis mercede altiorē promittitis gradū? Hunc ipsum quem habeo tolle, tantū mihi conscientia fidei duret illæsa. Hac dicens ante pedes impia præcipientium

Bb 4 cingu-

Vox verè  
heroici pe-  
ctoris & a-  
nimæ gene-  
rosi.

cingulum jecit. Ambrosius vero aduersus reginæ furorem non se manu defensabat, sed ieiunijs continuatisq; vigilijs fastari positus, per obsecrationes defensioni sibi atque Ecclesiæ Deum parabat. Dum hæc in longum diuersis machinis & oppositionibus nequam Iustina moliretur, Mus qui se exuere tyranni insanis & legum principem gestiret ostendere, dantur impium protestatur inceptum, Dei impugnari, & statuta Catholicæ Ecclesiæ subrui, & inter hæc appropinquare Italiam debuit. Quo Iustina comperto, hoste simus conscientia perurgente, in fugam versus primi filio, exilia quæ Dei sacerdotibus preparabat, prima sortitur.

**SS.**  
**Theod.**  
**Ecclesiast.**  
**lib. 3. ca. 6.**

Iulianus Imp. impietati freno laxatus cum suis scurrarum more petulanter & tumeliose sanctos infectabatur, nullum con uitij & probri prætermittens in ventre Immaniss, tatis Professores. Abstulit deinde crudelitas sacerdotibus à Constantino Magno divisa Sæviunt in Ascaloni & Gazæ, quæ sunt urbes Palauini primum virorum sacerdotij dignitatem natorum, & mulierum perpetuam virginem professorum ventres disindunt: de farciunt hordeo, ad extremum eos porti uorados obijciunt. Sebastæ item, quæ editioni gentis, de qua dixi, subiecta loco Baptistarum tumulum aperiunt, ossa tradunt absumenda, & eorum cineres pâssim d

gunt. Scelus autem ab illis in Phœnicia patrum quis est quæso qui sine lacrymis possit commemorare? Nam Heliopoli quæ est vrb Libano finitima, execrabilis isti gentiles recordati facinoris Cyrilli diaconi, qui regnante Constantino diuino quodam zelo accusus multa simulachra quæ in ea vrbe colebantur confregerat, non modo eum interfecerunt, verum etiam dissesto ventre jecur eius degustare non sunt veriti. At Deum omnia contemplantem hoc celare non poterant, sed debitas sui maleficij pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labo inquinati sunt, am verbi ad vnum excidebant, deinde linguas perdidere, quæ putredine tabefactæ ex ore eisfuerunt, postremo oculis orbati sunt, &c.

Anastasius Imp. Cum eiecisset Euphemium & Macedonium patriarchas Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ac propter sanctam Chalcedonensem Synodum illos Gaitan in Pontum exilio relegasset, vidit in somnis virum quendam insignem, vestitum amictu candido contra se stare, codicem scriptum ferentem, ac legente in. Euoluens autem quinque folia codicis legensq; imperatoris nomen, ait illi: Ecce propter perfidiam tuam deleo quatuordecim annos; & digito suo illos delcuit. ac post duos dies facto fulgore magno atque tonitruo, pauorem turbatus reddidit spiritum in summa angustia, pro eo quod impius fuit

Bb 5 in S,

Vis vera  
Pietatis.

56.  
Ioan. Mose  
cus Eutra.  
tus in pra-  
to spiritua-  
li c.38.  
Gly as par-  
te 4 annal.  
Manas in  
annal.

DE POENIS

394

in S. Christi Dei nostri Ecclesiam, eiusque  
stores exilio damnavit.

37.

Sic & Euaricus rex Gotthorum cum in  
cerdotes Clericos, & Ecclesias Dei saepe  
uina uultione percussus misere perijt, telo  
gor. Turon. li. 2. c. 25. hist Franc. & Alain  
Tridentinorum, Ecclesiasticorum omni  
hostis, cum votum fecisset se, si de Chund  
to victoriam reportaret, puteum tellus  
clericorum impleturum, interijt, caput  
detrunctum, & crura succisa sunt, teste Pa  
Diac. lib. 5. cap. 15. & sequentib. de gestis  
gobar.

38.

Petrus Venerabilis Abbas Cluniacen  
c. i. mirac. Matiscus (ait) quantum ad ius ec  
clesisticum Lugdunensi primatui, quantum  
ius seculare Francorum Regi subditur.  
ius urbis principatum quodam tempore  
nomine Comitis quidam obtinens super  
sonas & res Ecclesiasticas execrandam  
rannidem exercebat. Longe enim eu  
rans aliorum praedonum nequitiam  
solum aperte Ecclesiarum substantias  
piebat, sed redditus earum omnes cum  
possessionibus sibi tyrannica violentia  
iugabat. Nam Canonicos de Ecclesiis  
etiam monachos de monasterijs suis eu  
terrás omnes, redditus omnes, & qua  
eis ad huius vitæ subsidium à maioribus  
ta fuerant immisericorditer abstulit, iuro  
proprio mancipauit. Ostenduntur ad

incolis antiquarum Ecclesiarum ruinæ, ex  
quibus ipse sacræ religionis cultores ejiciens,  
venerabilia loca omnipotenti Deo religio-  
se seruientium multitudine referta in eremi  
solitudinem rededit. Ita se totum Deo sub-  
trahens, mundo dedicans, gehennæ & tremen-  
dorum Dei iudiciorum oblitus, ut Euangeli-  
cus ille iudex, nec Deum timebat, nec homi-  
nem verebatur. Cumq; diu concessa potestate  
abusus quotidie seipso deterior fieret, nullaq;  
iam spes correctionis eius existeret iram ad-  
versum se omnipotentis Dei iam non reu-  
candam commouit, atq; in se dirissime exper-  
tus est scripturæ sacræ sententiam dicentis:  
Horrendum est incidere in manus Dei viuen-  
tis. Et quia nequitia eius non occulta sed pu-  
blica, non cum timore sed cum audacia Deum  
prouocauerat, non latenter sed publicè, non  
inuisibiliter, sed visibiliter terrible factus est  
tyrannus principibus in exemplum. Nam  
cum solemni die Matisconi in proprio pala-  
tio resedisset, cumq; multitudo tam militum  
quam diuersi ordinis circumstaret, repente  
ignotus homo equo insidens per ostium pala-  
tij ingressus omnibus conspicientibus & ad-  
mirantibus vsq; ad ipsum equitādo peruenit,  
cumq; ei adstaret, se ei velle colloqui dicens,  
ut surgeret ac se sequeretur non tam monuit  
quam imperauit. At ille inuisibili potentia  
constrictus nec iam resistere valens surrexit.  
atque usque ad ostium domus processit, ubi  
equum

Ecclesi-  
sum & Ec-  
clesiastico-  
rum op-  
ressor

equum paratum inueniens eumq; ab eo con-  
cendere iusluis adscendit. Cuius stantis han-  
nas ille arripiens, statim cum velocissimo  
su per aera ferri cunctis conspicientibus  
pit. Cumq; immenso eius clamore ac milie-  
bili ciulatu tota ciuitas commota ad tam  
sum spectaculum concurrisset, tam diu  
per aera currentem attoniti conspexer-  
quam diu naturali oculorum acie eum la-  
qui potuerunt. Qui cum eum diu, suco  
ciues, succurrите, vociferantem audire,  
iuare valerent, subtractus tandem vi  
hominum, æternus, quemadmodum ne  
rat, factus est socius dæmoni. Quia hic Ce-  
dum cum dæmone de palatio egreden-  
per ostium muri palatio illi proximitate  
tum habuit, hoc ostium ciues ob tate  
rorem & memoriam posteris commen-  
dam lapidibus obturauerunt,

60.

Oecono-  
mus imita-  
tus mores  
Comitis in  
hac vita se  
uerè admo-  
netur ut  
futurae vi-  
tae suppli-  
cium effu-  
giat.

Quod nuper Otgerius V Vilhelmi Co-  
sis vi-  
tis præpositus renouare cupiens & pro-  
Regi-  
quædam, quæ publico vel priuato vñue. Aura-  
saria videbantur, per uium facere volebat qui e-  
ductis quodam die operarijs obicem laqueis S.  
ab ostio remouebat. Erat autem & ipse dem-  
posse suo acer Ecclesiarum persecutor, si-  
puta-  
parua occasio occurrebat, res earum in quo-  
diuersis vexabat. Dum igitur hic openauit Auras  
eto instaret, ecce inuicibiliter à diabolis fôssu-  
tus, ac videntibus qui aderant multo in-  
fratru-  
spatio sublevatus. Sed confessim di-  
suerat

corruit, eiusq; corpore grauiter colliso, brachium quoque illius subita illa ruina confringit. quod videntes socij rursus foramen ostij quod aperire cœperant, lapidibus obturae- runt, & ad pereñem vtriusq; prodigijs memo- riā clausura perpetua damnauerunt.

61.

Bredenb.lib.7 collat.sacr.c.52.Cum, ait, oppidum montis S. Gertrudis in Belgio à principe Auraico occupatum esset, captus est, & in vincula coniectus D. Matthias Lyropius ordinis prædicatorum. Circa idem tempus milites regis Hispaniarum cœperant quedam nobilem factionis Auraicæ, quem se vita & libertate donaturum ajebant, si Dominicanus iste D. Matthias reciprocō modo ab ipsis in libertatem restitueretur. Capitaneus vero Catholicae religionis hostis iuratisimius hęc audiens proclamabat nullo pacto se monachum istum dimisurum, sed ante horam, inquit, 12. si vixero, suspendetur. Contigit eadem hora Regios Auraicosq; milites configete, atque Auraicos succumbere. Qua clade accepta illi qui ex prælio salui euaserant in oppidū montis S. Gertrudis confugerunt illatamq; clamorem & ipsi dem vniuersam mox perfidiae capitanei impetrarunt. ille metu perculsus in penarium quoddam sese abdidit, vbi à milite quodam Auraico deprehensus eodem momento confessus est, sic contigit ut ad horam usq; 12. qua fratri Dominicano vitæ suæ terminum posuerat, ipsemet superstes nō esset, miraculosè quo-

quodammodo sublatus, ne in opusimple  
ferret, quod pernitosè erat minatus, frater  
Matthias mirabiliter postea carceribus  
beratus etiamnū viuit Busciducis in Britan-

62.

2. Mac. 9.

tia degens, religiose viuens, & frequenter  
concionibus populum erudiens. Sic olli-

tiochus cum superbè locutus esset, se vē-

Hierosolymā, & cōgeriem sepulchril-

rum eā facturum, prēciperetq; accelerati-

gōtum, currumq; sine intermissione inde

agitari (cælesti eū iudicio perurgente) m-

eodē impetu de curru decidit, graui con-

collisione percussus ac deinde vermis de-

pore toto scaturientibus fœtidiss. & hor-

morte interijt. Sic & Aman in patibulo

Mardochēo exerat, ipse suspensus est.

63.

Esther. 7.

2. Mac. 8.

canor cum missus esset, vt vniuersum luci-

rū genus deleret, triumphū canens ante-

riam, promisit se nonaginta Iudeostale-

stracturum, non respiciens ad vindictam,

eum ab omnipotente erat consecuturi,

enim Machabēus facto sibi adiutor omni-

tente, interfecit de illius exercitu nouem

hominū, maiorem autem partem vulnerum

debilem factam fugere cōpulit; & pecunia-

rum qui ad emptionem ipsorum venerata-

latis ipsos usquequaq; persecuti sunt.

Boleslaus impius Rex ob necē D. Sar-

anathemate iectus, amens factus, à canibus

prijs fuit deuoratus.

64.

Exempli. 3.

Ceila vxor Ducis Franconicē D. Kilra-

ne, se dis. H. vt à n magni-

tos m apud Serari-

! UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

iusserat occidi res latebat sed Deus auctorem Grauitet  
 opusimple  
inatus, fra  
ea carcerib  
ucis in Br  
& frequen  
ns. Sic oll  
eset, se v  
pulchri  
; acceleran  
missione in  
argentum  
grauic  
vermibus  
liss. & hor  
o patibulic  
ensus et si  
uersum loc  
mens ante m  
idæos talie  
vindictam  
secutur,  
utore omni  
itu nouem  
em vuln  
; & pecun  
i venerant  
i sunt.  
ecé D. Ser  
, a canibus  
e D. Kill  
iussit occidi res latebat sed Deus auctorem Grauitet  
hoc pacto prodidit: unus eorum qui sanctos punitur A+  
viros gladio peremerat subito a dæmone ar- tiobaldus  
reptus, ingenti voce clamare cœpit, Kiliane a- Dux Lon  
criter me persecueris, igne enim consumor. Ionam in  
quod feci cœlare non possum, video immine- vita S. Be  
re mihi gladium tuo sanguine respersum. Ta- tulphi,  
lia diu vociferans & proprijs dentibus se la- mente Aua  
nians a præsenti migravit ad pœnas æternas.  
De talibus quippe scriptum est: duplii con- gust.  
tritione conteres eos Domine, alter vero cœ-  
dis sanctorum conscius in rabiem versus gla-  
diose petijt effusisq; visceribus per tormenta  
præsentis temporis ad æterna peruenit. Quis-  
nam, Ceila, talia cernenti tibi sensus tunc e-  
rat? infelix cruciatibus aucta furebas. Non  
multo post & ipsa bellua, de qua loquimur,  
cruciatibus arrepta quantis poterat vocibus  
clamabat: iulte torqueor, quæ sanctis viris  
tortores adhibui. Recte crucior, quæ crucia-  
tus illis paraui. Acriter instas Kiliane, ignem  
accendis Kolimanne, fomenta ministras Tor-  
nane. Sufficiat vobis vicisse, nimis veltras  
vliciscimini iniurias. A calice dictus es Kilia-  
ne, sed nimis amaram mihi potionem infun-  
dis. His dictis miserabiliter torquebatur, ita  
vt a multis teneri vix posset. Tandem cum  
magno cruciatu ad cruciatus diabolo para-  
tos migravit. Hæc auctor Martyrij B. Kiliani  
apud Surium tom. 4. iul. 8. vide comment. P.  
Serarij in hanc vitam.

Ca.



67.

Calumniosam accusationem piorum  
uiter punit Deus, vt patet de feminis quae  
Gregorium Agtigentinum fuit calumniam  
vt in historia vita eius legitur apud Mer

68.

Sur. mense Nou. & de alia narrat Cyprianus  
in vita S. Danielis Styliæ, que virum sanctum  
mendaciter infamarat. Sur. mense Dec. post idem ibi narrat de viro & feminis  
beris occupatis a dæmonie propter perniciem  
sanctum calumniam.

69.

70.

Ecclesiastica historia docet Tyridius cum  
Armeniæ Regem cum Christianos Damiani  
tempore varijs cladibus & damnis  
cisset. Et Gregorium quidem in lacum  
alitudine molestissimum fame necari  
misisset, Ripsimen vero virginem ratione  
tem illi obsequi, & socias eius sanctimonio  
plurimas crudelissime necari iussisset, itilic  
Dei vindictam consequitam. Inualitatem  
um insaniam, qua plane dæmoniace fundit  
mutata corporis figura in porcum, mebitu  
motæ dentibus suas absumebat carnes. Conach  
quoq; qui eius facta approbarant nullius suscep  
gistratus, & alij, in furorem redacti limiter serui  
signabant, & ipsi in sues conuersi, ut Natura quan  
rus, vel mente solum ab alienati ut censimur  
taphrastes: tandem baptismi lauacione deuoc  
corporis formam & animæ mentisq; mortem  
recepierunt, illo ipsis baptizantibus  
tante ad poenitentiam D. Gregorio munus  
pon illo Thaumaturgo, ut putat scho

Vis bapti  
mali.

NIS

PERSEQUENTIVM PIOS.

461

Nicephori, sed alio, vt docet Metaphrastes.

Qui interfecit Abbonem Abbatem pau-

71.

lo post arreptus à dæmone miserabiliter vi-

Baron. an.

Chr. 1003.

tam finiuit. Glober. li 3.c.3.

Anno Christi 1014. Suuanus vel Suanus 72.

Rex Danorum qui anno 1013. ingenti com-

Anno

parata classe inuaserat Angliam S. Eadmundo

Chr. 1011.

Rege martyre vltore, diro pereemptus est vul-

nere, vr prolixè describitur à Rogerio.

Qui S. Simeonem Armenum vt hæreti-

73.

cum accusauerat, & populum ad necandū ser-

Baron. an.

um Dei concitauerat eadem hora à spiritu

Chr. 1016.

maligno atripitur & miserè vexatur.

Isacius Commenus imp. in Oriente anno

74.

Christi 1058. omnia monasteriorum bona ad-

Imp. Dei

dixit fisco, relicta solū stipe Deo seruientium

vindicta

monachorum. ideo aduersus ipsum cælitus

vehemen-

ictibus fulminum ab irato numine dimica-

ter exagita-

tum est, adeo vt ingens metus adegerit eum

tur.

exuere purpuram, & induere monasticum ha-

Sponte de-

bitum, & inter monachos obire seruitia mo-

ponit pure

nachorum (qui monachos ita persequi aggref-

puram.

sus est). Nam in monasterio Studij monachis

seruiens reliquum vitæ tempus absoluit, post-

versi, vt Niz-

quam fulmine percussus equo deiectus, & hu-

mi spumas ex ore edens ut epilepticus esset

deuolutus, & morbo dies aliquot detentus

mortem exspectasset.

Anno Chr. 1106. Mortuus est VVilhel-

75.

mus Anglorum Rex perturbator ecclesiasti-

Qui laces-

ce libertatis cuius causa S. Anselmus extorris

sit ecclesia

Cc ab

sibi Deum

aduersariū ab ecclesia sua Cantuariensi in Gallia exulde  
 cōstituit & gebat. Nam jam pluribus deterritum am  
 vitorem. prodigijs, in venatione dum esset, sagittar  
 Edinerus ceruum emissa eius præcordia subiens pī  
 in rebus interfecit. Si tali meruit sententia condon  
 gestis an selmi, li. 2. nari Catholicus princeps ob vnius dū  
 Luc. 24. Si Episcopi extorris iniuriam: qualenam  
 in viridi lis cium sunt habituri qui fidei Catholica  
 gno, &c. duelles, Anglicanos, &c. Catholicos om  
 Sagitta in Episcopos siue ferro siue exilio consum  
 ferā emissa runt, & alias iniurias nefandas ipsiſ Ecclesias  
 transfixus intulerunt? Non patitur Deus inultum  
 periit isqui quam remanere peccatum quod non  
 D. Anselmū ex insula eiecit. pœnitentia, qui ad tempus punienda  
 Deut. 32. uat. Nam ipse: Nonne hæc condita sunt  
 Lue 13. me & signata in thesauris meis? mea est  
 vt reddam illis in tempore. Sed sic vlti  
 tur ſæpe minora peccata vt ex his timere pul  
 cant qui maxima perpetrarunt. Cum exili  
 gratia casum turris Siloë nunciantibus in ea  
 fuit eum in exemplum futuri iudicij ex ei  
 Dei.

76. Celeberrimis sanctissimisque ordinis  
 Platus li. 1. Dominicanu & Franciscano cum feliciter  
 de bono progresu adolescerent, annis ab eorum  
 status reli- tu ferme quinquaginta opposuit dæmon  
 giosi, in lielnum quendam Matisconensem regnum  
 procœmio. nicum, eiique amentia ac scelere parens primus  
 Greg. 13. raldum Parisiensem Doctorem, qui ut  
 mor. ca. 5. ce tum scriptis nec mendicare, nec in sabeli  
 Illos præcis puc repro- studere, nec ad populum concionari totum

Gallia exinde  
territum am-  
plicet, sagittar-  
subiens ipsius  
entia condon-  
vnius dum  
qualenam  
Catholica  
holicos om-  
io consum-  
ipis Ecclesie  
as inultum  
uod non di-  
unienda re-  
ndita sunt  
? mea elicit  
Sed sic vici  
his timore  
ant. Cuius  
iudicij  
que ordini  
cum felici  
s ab eorum  
uit dama-  
nensem G  
regnum inuadens Clotharius Rex Franciae  
primum sex eius filios captos omnes intere-  
mit, deinde Brunechildem pene alteram Ie-  
sabellem camelio impositam ignominiose per  
totum exercitum spectandam circumduxit,

bi in S. Ec-  
clesia perse-  
quuntur  
quos mul-  
tis conspi-  
ciunt esse  
profutu-  
ros.

auctor tum Ecclesiastici ordinis functione,  
tum omnibus etiam redditibus exutus at-  
que insuper à Ludouico Rege tota Gallia in-  
terdictus. Gyraldus autem non ita multo  
post paralyssi primum, deinde lepra diuinitus  
immissa interiit, vt ipsa extraordinariae mor-  
tis feeditas peccati quoque sceleritatem ostend-  
deret.

Cum S. Columbanus è Luxoniensi mona-  
sterio à Theodorico Rege Burgundie, im-  
pulu auiæ Brunechildis, præter iniurias in  
exiliū pulsus esset, cù aliquot è suis, primum  
in ea fuga Satelles, qui per insolentiam vnum  
ex eius fratribus fuste cæciderat, paulo post i-  
psò eodem loco aquis suffocatus est, vt ei  
prophetice prædixerat Columbanus. At  
Theodoricus inito bello cum fratre Theo-  
doberto, in Metensi vrbe incendio, seu casu,  
seu diuinitus excitato, absymptus est: cuius  
Cc 2 deni-

77.  
Deus pro-  
tegit Reli-  
giosos ad.  
uersus im-  
proborum  
impetus.

vi. P. Platū  
de bono  
status reli-  
giosi lib. 1.  
c. 33.

deniq; indomitorum equorum caudis aliquam discerpi iussit, qua pœna & illa miserabile vitam finiuit, & ea tota familia radice extincta, regnum omne in Clotharium translatum est.

78.

Cum Balatius Aegypti præfectus tempore Antonij magni modis omnibus Catholicis vexaret, in primis autem monachos, ut publice eos virgis cædi iuberet, his contumacis Antonius breui epistola ad eum sanctos cælestes iras imminentes denunciavit, quod ille epistolam irridens abiecit in terram ditis minis, se cum ipso quoque Antonio, do monachorum cauillam suscepisset, rem habiturum. Cuius quidem arrogantia eum pœnituit, vix enim quadriga cum animi gratia ex urbe prodisset, ac cum illo familiaris quidam, huius equus nullus ad eam diem mitior fuerat, repente eum insilij furens, dentibusque arreptum in terram detractum, vngula insuper stricuit, ut ei nulla vi eripi posset. Itaque multo post fœde exspirauit, admirans omnibus, diuinamque ultionem manifestescientibus.

79.

Anno 1356. Armacanus Hybernius I. in Anglia, deinde Auernione, unde pontificalia sedes morabatur, in publico Canalium conuentu multa contra mendacium statum euomuit, sed non multo post

ta sublatus est, & vna cum ipso ipsius quoque  
criminationes sunt sepultæ.

Annis ferme 20. post hoc factum prælati  
quidam de Franciscano ordine abolendo cō-  
filia inter se contulerunt, & ad eam rem per-  
ficiendam quoddam aliquot Episcoporum  
conuenticulum coegerunt. Erat autem in ea-  
dem vrbe Ecclesia præcipua, & in Ecclesiæ  
fenestris vitreis duæ imagines pictæ, vna S.  
Pauli, qui ensem, altera S. Francisci qui cruce  
crucem manibus tenebat. Nocte æditius visus est  
tibi Paulum audire hæc dicentem, quid agis  
Francisce? cur tuam non defendis familiam?  
euille, quid faciam? nihil habeo præter cru-  
cem, & hæc ipsa me admonet de patientia fer-  
uanda. Tum Apostolus hortari, ne tantam  
ferret iniuriam suumque ei offerrere gladium.  
Territus æditius simul ac illuxit accurrit in  
templum certoque vidit utramq; imaginem  
insignia inter se commutasse, atque in Pauli  
dextera crucem adhuc esse. Franciscum vero  
gladium habere cruore stillatæ, quod dum  
secum tacitus miraretur, increbuit rumor, E-  
piscopum illum qui eius consilij auctor fue-  
rat, repertum esse mortuum, præcisæ ceruici-  
bus. Ac ipse quoq; nocturnum visum narrare  
